

vit se errasse, & dimisit opus. Inspicte ergo qualiter faciatis amplexari, punica enim suam amplexata coniugem, velociter in suum corpus transit, liquefacit, congelat, diruit, ac confringit, Demum rubor non moratur. Et si conficiatis absque pondere mora eveniet, qua eveniente malum putabitur. Iubeo autem ignem nostrum in liquefaciendo lenem, ipso autem in terram verso, intensiorem facere, & imbuere ipsum, quo usque extrahat Deus nobis colores & appa-  
reant.

## Sermo Vigesimus octavus.

**C**USTOS ait: miror universa Turba de tanta vi huius a-  
quæ ac natura: nam cum introierit in hoc corpore vertit ipsum in terram demum pulverem, quem si vultis apud per-  
fectionem experiri manu accipite, & si in palpabilem, ut a-  
quam inveniatis est optumus. Sin autem iterate ipsum co-  
quendo donec peragatur. Et scitote quod si aliud quam æs  
nostrum accipiatis, & aqua regatis nostra nihil vobis pro-  
dest. Si autem aqua nostra, nostrum æs regatis omnia, à no-  
bis prædicta invenietis. Turba autem, respondit: Pater non  
parum invidi obscurarunt cum dixerunt. Accipite plumbum  
& argentum vivum candidum & regite ipsum rore & sole,  
donec lapis fiat numinosus. Et ille: æs nostrum significave-  
runt, & aquam nostram permanentem quam tibi, coquite  
dixerunt leni igne quæ illo igne cocta fit lapis nummosus, de-  
quos sapientes dixerunt, quod natura naturâlætatur, propter  
propinquitatem quam sciunt existere, inter hæc duo corpo-  
ra scilicet æs & aquam permanentem. Horum igitur duo  
rum una est natura, inter quæ est propinquitas mixta quæ  
si non esset, non tam velociter miscerentur, & continerentur  
ad invicem ut unum forent. Inquit Turba: cur dicunt invidi,  
Accipite æs quod nudc fecimus, & quo usq; factum est au-  
rum assavimus.

## Sermo Vigesimus nonus.

**D**IAMEDES ait: iam dixisti Moysi non invidens quod o-  
portet. Dicam ergo verba tua certificans, elementorum,  
autem duritatem prætermittens, quam sapientes afferre  
voluerunt, cum dispositio hæc apud se preciosissima sit. Sci-  
tote omnes doctrinæ huius investigatores, quod non exit ex  
hominе, nisi homo nec ex brutis animalibus, nisi similia si-  
bi, nec ex volatilibus, nisi sibi similia: compendioso hæc tra-

*Turba non  
moratur.  
Ignis.*

*Aqua Vis.*

*similia  
similib  
verantur.*